



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118871

§. 15. Saxonizæ Electoris expeditio in Bohemiam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67394)

Sæc. XVII.
A. C. 1631.

§. XV.

Saxonix Electoris expeditio in Bohemiam.

Non feriabatur interea Joannes Georgius Saxonix Elector; postquam enim instigante Joanne Salvio Suecix Regis Legato Saxonix inferioris Ordines conventu Hamburgi coacto a Cæsare defecerant, Elector victrices suas copias, ductore Arnheimio, per Misniam in Lusatiam duxit, quæ etiam mox eidem universa patuit, eo quod Cæsarei ea relicta in Silesiam & Bohemiam sese recepissent. Verum Saxo secundis victoriæ auspiciis ad majora animatus, mox in Bohemiam nullo resistente irrupit, captisque pluribus oppidis Leutomericiam subegit, promotisque castris die undecima Novembris Pragam, Regni caput, ac dein Egram ad unius Tibicinis provocationem deditione cepit: Promiserat enim vero Arnheimius Catholicis Religionis suæ libertatem, ceteraque urbis jura & privilegia: postquam vero Acatholicis e Regno exulibus redeundi potestas fuerat concessa, mox civium non pauci, ac rustici ferme omnes ad sectæ suæ genium reversi sese Saxonibus ad rapinas, cædes, perniciemque Catholicorum

Theatr. Europ. tom. 2.

Sæc. XVII. rum adjunxere. Hæferat tamen
 A. C. 1631. Budovicium Saxonis victoris impetus
 hanc enim urbem Balthasar Maradinus
 Vir bello spectatissimus adversus ene-
 nes Saxonum incurfus strenue pro
 pugnaverat.

§. XVI.

*Urbani VIII. Pontificis sollicitudo
 circa inclinatas Catholicorum res.*

Jæger. Hist. Dcl. l. 1. cap. 19. Bougeant Hist. Bell. tric. t. 1. l. 2. Palat. in vita Urban. VIII. Quamprimum Urbanus VIII. Pontifex Maximus de Franciæ Regis inter-
 dere cum Suecis inito certior fuerat
 factus, mox datis ad eundem literis
 desuper vehementer querebatur. Respon-
 sionem eidem dederat Ludovicus Rex
 proprio chirographo, declarans, quod a
 Suecorum partibus assistere paratus
 esset, dummodo Hispaniæ Rex haud
 ultra Franciæ hostilitatem operem ferre,
 junctisque viribus Hugonotes in Galliis,
 & Protestantes in Germania reprimere
 vellet. Has Regi literas Urbanus quan-
 tocius Madritum transmiserat, quin
 responsum inde ferret: quinimo Cardinalis
 Borgia Hispaniæ Regis nomine necnon
 Cardinales Austriae Domui addicti
 habito inter conventu scripturam obtulerunt,
 qua palam declarabant, totam penam
 Pontificem culpam fore, si Religio Catho-
 lica